Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



doq̄ ore testatus est dicens. Eo enī ipso imago dei est mens. quo capax ei⁹ est. Et in libro de spiritu ⁊ anima inq̄t. Non poterat anima esse imago dei si mort⁹ freno clauderet. Et Bernardus in libro de miseria vite hominis ait. Me amas in deo. q̄ imago dei sum. ⁊ paulo inferi⁹. Imago dei ē omnis anima rationalis. Et Petrus longobardus in sententijs aperte ex Augustini verbis hec verba transegit. Ecce illius summe vnitatis atq̄ trinitatis. vbi essentia vna ē. ⁊ tres persone. imago ē humana mens. Subiectum rursum fundate rei predicationem sepenumero suscipere in recto solet. sic anima. sepe memoria. sepe intellect⁹. sepe appetit⁹. ⁊ a philosophis ⁊ a theolog⁹ vocatur. Et id ceu ab Egidio doctore profecto singularissimo didicimus emphatice loquendo veritatem obtinet. At vero trinitatis imaginis subiectum esse hominem. testatur opifex primus qui geneseos libro inq̄t. Hominem ad nostram imaginem similitudinēq̄ formemus. Confirmat iddem ratio quoniam si aliquid subiectum ē propriū. propriūq̄ exigit fundamentū. Ex his itaq̄ omnibus conferamus Augustinū non modo sed hominem. quemlibet trinitatis posse imaginem dici. cum rationale ⁊ intellectiuum quodlibet huius imaginis subiectum sit. Sed ipse tanto mag⁹ sic appellari sine iniuria potest. quāto pre ceteris hominibus trinitatem explanauerit. Mens enim atq̄ animus eius in diuinarum personarum cognitionē ⁊ amorem sic versabatur. vt noctesq̄ diesq̄ pensare nitereretur. q̄ magnum esset ineffabile trinitatis mysterium quod cum mortalibus virib⁹ ad illud attigere nequiuisset. igētissimo succedebat affectu. ardebatq̄ imēso amore suo. ac ita pfecta caritate succēsus. Infundebat ei supna gr̄a. qua patrem. ⁊ filium. ⁊ spiritum sanctum proprietatibus constitutos. vnicam ⁊ simplicissimam habere essentiam intelligebat. Infundebatur insup diuino illo afflatu earum tanta cognitio. vt que secum ipse intelligeret posteris. qui nec tanto valebāt ingenio. neq̄ tāta imbuti gratia essent p̄uia relinquere posset. Solemus item. vt Pitagorici aiunt. dicere. amicorum alterum alterius esse imaginem. quoniam alter nos in alterius ducit cognitionem. s̄z vt ex diuine sapientie ore prodijt. Quisq̄ amicus est dei. qui eius mandata integre seruat. At vero ex omnib⁹ qui in sancte matris ecclesie templo nati sunt amici dei. hinc vnus exsolertissimus extitit. q̄ eius precepta custodiuit. qui ei sicut vero domino seruiuit. Si Augustinus itaq̄ rationalem habuit animam. si eā imaginis esse dicimus subiectum. si cognitio ⁊ amor sūmus eius in trinitatem versabatur. si ad eius similitudinem plasmat⁹ sit non erronee. non incompte. non absurde sic dici ⁊ appellari potest. Rursum cuz imaginis officium sit nos in illius ducere cognitionem quod imaginatum est. et hic nobis pre ceteris trinitatis cognitionem dederit vocari sic potest. vt trinitatis imago. hoc est ad imaginem illius fact⁹ ad eius nos ducens cognitionem dicat. Postremo ab hac sn̄ia grammatici non discrepant. qui figuris vtentes casuz pro casu. pro parte totū in oratione texere sepenumero consueuerunt. sic nos haud incongrue trinitatis imaginem dicim⁹. q̄niam ad illius est imaginē factus. Ut vehementiorem etiam interdum sermonem efficiamus. Hisce vti verbis solem⁹. Ut cesarem fuisse omnia dicamus. cum nec tamen omnia fuisse. quin potius illa valuisse censemus. De imagine sic suo modo coapta sermonem.

Postremo ad soluendas ambiguitates sermonem conuertā. Trāsigere quippe sacri doctores cōsueuerunt inter imaginem quandam esse et imaginatā consubstantialitatē. Sic eiusdem esse cum deo nature ⁊ substātie creaturam oporteret. si eam trinitatis imaginem diceremus. Absit autem vt intm̄ labamur errorem. vt siue homines siue angelos illius habere essentiam ⁊ naturam a quo plasmati sunt ꝯferamus. quis enim sic tolleret quod finitimi quod caducum est ⁊ mortale. quod ē tempori ⁊ variatiationi subiectum eternum ⁊ incommutabile esse. atq̄ infinitum. Quis creaturam esse creatorem. Hercule. Nemo.

Quantum quoq̄ vim dicūt esse imaginis vt eam imaginati agant omnem se-